FLORUS LUGDUNENSIS. PS. AMALARIUS METTENSIS. EXCERPTA

Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 136r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31714
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



luce clarius est. Septem uero sep
ties ducti. eiusdem requiei per
fectionem insinuant. que nullo
umquam fine clauditur. nulla
labe maculatur. sed ubi dies
iudicii. et resurrectionis adue
nerit. ampliori corporum recep
torum gratia perficitur. Quod
aut ad vii. septimanas monas
additur. idest ipsa dies dnica
pentecostes. quia spiritum scm
accepit ecclesia primitiua. et
ita quinquagenarius nume
rus perfecte conpletur. ipsum
iudicii. et resurrectionis omni
um tempus ostendit. quando
scarum requies animarum que
nunc in illa uita geritur. etiam
corporum in mortalium recep
tione geminabitur. Ad uesp
am in dominica die antiphona
de euuangelio quod eo die lec
tum est canitur. reliquis die
bus aut de eodem euuangelio
seu de cantico sce Marie. Si
sanctorum natale euenerit ad
uesperam dominice. non cante
tur de eo natali propter hono
rem diei dominice. sed sub sequen
ti nocte incipiat. excepto si speci
alis honor sanctorum existit. quo

rum reliquie habentur illic.
seu natalis apostolorum sit.
aut ibi plenum officium agi
debeat. Idem euuangelium
cuius expositio ad tercias noc
turnas in festiuitatibus legit
et iam admissas legatur non
aliud. Antiphonam introit.
et gradualis. non multum trac
tim sed moderate canantur.
Offertorium morose. et mode
ste. ad sue grauitatis proprieta
tem. In dominicis diebus uers
offertorii omnes cantantur. si
militer. ubi specialiter officium
euenit. Porro enim feria simi
liter offertorium. Feria tercia
prior uersus. Feria quarta
secundus. Feria quinta offer
torium. Feria sexta uersus
unus. Feria septima uersus se
cundus. Si in feria qua
libet propter natale scorum uersus
suus non canitur. nec tamen fe
ria sequente alius quam suus
uersus canatur. Epistole et
euuangelia que in feria quarta
aut septima eueniunt. non ne
gligantur. sed in eisdem feriis
pro sanctorum natalicius lecta
non fuerint. aliis diebus legantur.

136